

Introitus

Apoc 5:12; 1:6

Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum.

Ps 71:1

Deus, iudicium tuum Regi da: et iustitiam tuam Filio Regis.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum.

Oratio

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui in dilecto Filio tuo, universorum Rege, omnia instaurare voluisti: concede propitius; ut cunctae familiae gentium, peccati vulnere disgregatae, eius suavissimo subdantur imperio:

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Lectio

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Col 1:12-20

Fratres: Gratias agimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creatura: quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates: omnia per ipsum, et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare; et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive quae in terris, sive quae in

Introitus

Apoc 5:12; 1:6

Worthy is the Lamb Who was slain to receive power, and divinity, and wisdom, and strength, and honor. To Him belong glory and dominion forever and ever.

Ps 71:1

O God, with Your judgment endow the King and with Your justice, the King's son.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.

R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Worthy is the Lamb Who was slain to receive power, and divinity, and wisdom, and strength, and honor. To Him belong glory and dominion forever and ever.

Collect

Let us pray.

Almighty and eternal God, Who willed to restore all things in Your beloved Son, the King of the Universe, graciously grant that the peoples of the earth torn asunder by the wound of sin, may submit to His most gentle rule.

Who livest and reignest with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen

Lesson

Lesson from the letter of St. Paul the Apostle to the Colossians

Col 1:12-20.

Brethren: We give thanks to God the Father Who has made us worthy to share the lot of the saints in light. He has rescued us from the power of darkness, and transferred us into the kingdom of His beloved Son, in Whom we have our redemption through His blood, the remission of sins. He is the image of the invisible God, the firstborn of every creature. For in Him were created all things in the heavens and on the earth, things visible and things invisible, whether Thrones, or Dominations, or Principalities, or Powers. All things have been created through and unto Him, and He is before all creatures, and in Him all things hold together. Again, He is the head of the body, the Church; He, Who is the beginning, the firstborn from the dead, that in all things He may have the first place. For it has pleased God the

cœlis sunt, in Christo Iesu Dómino nostro.

R. Deo grátias.

Graduale

Ps 71:8; 78:11

Dominábitur a mari usque ad mare, et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

V. Et adorábunt eum omnes reges terræ: omnes gentes sérvient ei. Allelúia, allelúia.

Dan 7:14.

Potéstas eius, potéstas ætéRNA, quæ non auferétur: et regnum eius, quod non corrumpétur. Allelúia.

Evangelium

Sequéntia + sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

R. Glória tibi, Dómine.

Ioann 18:33-37

In illo témpore: Dixit Pilátus ad Iesum: Tu es Rex Iudæórum? Respóndit Iesus: A temetípso hoc dicis, an álii dixerunt tibi de me? Respóndit Pilátus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecísti? Respóndit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, minístri mei útique decertárent, ut non tráderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilátus: Ergo Rex es tu? Respóndit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti: omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam.

R. Laus tibi, Christe.

S. Per Evangélica dicta, deleántur nostra delícta.

Offertorium

Ps 2:8.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem tuam, et possessiónem tuam términos terræ.

Secreta

Hóstiam tibi, Dómine, humánæ reconciliatiónis offérimus: præsta, quæsumus; ut, quem sacrificiis

Father that in Him all fullness should dwell and that through Him He should reconcile to Himself all things, whether on the earth or in the heavens, making peace through the blood of His Cross, in Christ Jesus our Lord.

R. Thanks be to God.

Gradual

Ps 71:8, 11

He shall rule from sea to sea, and from the River to the ends of the earth.

V. All kings shall pay Him homage, all nations shall serve Him. Alleluia, alleluia.

Dan. 7:14

V. His dominion is an everlasting dominion that shall not be taken away: and His kingdom shall not be destroyed. Alleluia.

Gospel

Continuation ✠ of the Holy Gospel according to John

R. Glory be to Thee, O Lord.

John 18:33-37

At that time, Pilate said to Jesus, Are You the King of the Jews? Jesus answered, Do you say this of yourself, or have others told you of Me? Pilate answered, Am I a Jew? Your own people and the chief priests have delivered You to me. What have You done? Jesus answered, My kingdom is not of this world. If My kingdom were of this world, My followers would certainly have fought that I might not be delivered to the Hebrews. But, as it is, My kingdom is not from here. Pilate therefore said to Him, You are then a King? Jesus answered, You say it: I am a King. This is why I was born, and why I have come into the world, to bear witness to the truth. Everyone who is of the truth hears My voice.

R. Praise be to Thee, O Christ.

S. By the words of the Gospel may our sins be blotted out.

Offertorium

Ps 2:8

Ask of Me and I will give You the nations for an inheritance and the ends of the earth for Your possession.

Secreta

O Lord, we offer You this sacrificial Victim of mankind's reconciliation with You; grant, we

præséntibus immolámus, ipse cunctis géntibus
unitátis et pacis dona concédát, Iesus Christus Filius
tuus, Dóminus noster:

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti
Deus per ómnia sáecula sæculórum.

R. Amen.

Communio

Ps 28:10; 28:11

Sedébit Dóminus Rex in ætérnum: Dóminus
benedícet pópulo suo in pace.

Postcommunio

Orémus.

Immortalitátis alimóniam consecúti, quæsumus,
Dómine: ut, qui sub Christi Regis vexíllis militáre
gloriámur, cum ipso, in cœlésti sede, iúgiter regnáre
possímus:

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti
Deus per ómnia sáecula sæculórum.

R. Amen.

beseech You, that our Lord Jesus Christ, your Son,
Whom we offer in this sacrifice, may bestow upon
all peoples the gifts of unity and peace.

Who livest and reignest with God the Father, in the
unity of the Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen

Communio

Ps 28:10-11

The Lord is enthroned as King forever; may the Lord
bless His people with peace!

Postcommunio

Let us pray.

We have received the food of eternal life, and we
beseech You, O Lord, that we who are proud to
serve under the flag of Christ the King may forever
reign with Him in the Kingdom of heaven.

Who livest and reignest with God the Father, in the
unity of the Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen